

effundit, qua illa et nigriora & du-  
riora fiunt, atque augescunt uvae ad  
acini magnitudinem: Ex candida fit  
Sepiola, exitque die quinto decimo  
cute obrupta, exitque in caput et  
ventre annexo, ut aves. Quanquam  
nexus ille umbilici nondum satis con-  
stat. Crescente itaque Sepia, decre-  
scit albumen, ut in avium ovis vitel-  
lus, ac tandem deficit: Oculi Sepio-  
larum ut in caeteris quoque animali-  
bus grandissimi. Perfecta jam Sepia  
cum est egressura, se membranula se-  
care occipit. Sepiola perterrita et  
stercus edit, et rubescit. Parit vero  
juxta terram inter arundines et sicubi  
enata alga, aut aliud quidpiam e ma-  
ri ejectum, ut materia fermentorum  
aut lapides. Bimatum non comple-  
re Aristoteles prodidit.

*Arist. l.c.  
Plin.H.N.  
l.9. c. 51.  
Arist. l.c.*

*Sexus.  
Arist. H.A.  
l.4. c. 1.  
l.5. c. 12.*

*Sexus* dignoscuntur facile. Ma-  
res prona sui parte nigriores sunt,  
partes omnes asperiores habent,  
et lineis intervenientibus varias, cau-  
dam etiam acutiem. Foemina in-  
testina continet duo veluti mammas,  
quae alvo dissecta facilime conspi-  
ciuntur.

*Ingenium.  
Plin. H. N.  
l. 9. c. 29.  
Arist. H. A.  
l. 9. c. 37.*

*Plin. l. c.  
Aelian. H.  
A. l. 1. c. 34.  
Philes in  
Gambis.  
Oppian.  
Halieut. l. 2.*

*Ad Ingenium* pertinet, quod per-  
cussae tridente foeminae auxiliatur  
mas: at foemina isto mare fugit: quod  
sola suo utitur atramento, non solum  
cum metuit, sed et abscondendi cau-  
sa: quod ambo ubi sensere se appre-  
hendi, effuso eodem, quod pro san-  
guine his est, infuscata aqua abscon-  
dantur: quod a collo acetabulum in-  
star funiculi, quo hamus dependet,  
dimittit, et pisciculis mordendum ex-  
hibet, eodemque retracto praedam  
ad se adducit: quod denique tempe-  
state urgente, propriis scopulis de-  
vincta flagellis haeret, et nativos du-  
ra connectit caute rudentes.

*Ufus.*

Habent ut olim ita et nunc in Ci-  
bis locum. Nam et cum Amphidromia celebrabantur, moenas cum  
Sepiis mollire, et plurimos cirros di-  
ligenter stringere solebant, et in Ipsa-  
cratis nuptiis, assarum fit mentio.  
Optimae putantur gravidae, mensi-  
bus in primis Januario, Februario, et  
Martio. Elixantur magna ex parte,  
assisque praefreruntur. Majores sale  
conservantur in Illyride, indeque Ve-  
netias deferuntur, ut et Genua Me-  
diolanum. Ad Venerem ciendam  
quidam cum nucibus adhibent. Ova  
in siccum ejecta, nonnulli in sartagine  
coquunt. Sethi difficulter concoqui,  
parumque in se continere succi, scri-  
psit. Est et in Medicina earum *Ufus*.  
Ad dentium dolorem, cum ovorum  
putaminibus et oleo miscet Galenus.  
Hippocrates in morbis mulierum fae-  
pissime prescribit. Celsus et Diosco-  
rides atramentum alvum emollire  
produnt. Ova urinam movent teste  
Plinio. Marcellus ad tincturas et ma-  
culas corporis abolendas ex iisdem  
remedium facit. Dentifriciis aptissi-  
mum est os Sepiae; quod et thoracis  
vitiis cum aqua potum prodesse Ges-  
nerus scribit.

*De Differentiis* nihil occurrit. Ron-  
deletius pisiculum hunc, quem ita  
descripsit, Sepiolam vocavit. Sepiae,  
inquit, nascenti similis est, pollicis  
crassi magnitudinem non superat: octo  
pediculis constat: duas proboscides  
habet, nec sepium in dorso, nec gla-  
diolum habet: utrique lateri pinnula,  
veluti ala parva affixa est, rotunda,  
nec figura, nec situ pinnis Sepiarum  
et Lolina similes, etc. Colore  
est vario, parvulus enim punctis in  
dorso notatur. Ore, oculis, fistula,  
partibus internis a Sepia non differt.  
Carne est molliore.

### CAPVT III.

#### *De Loligine majore et minore.*

*TAB. I. 4. 5. Nomen.* *L*oligo major τεῦθος Graecis, Gazae rem τεῦθος vocavere. Quaenam  
cum Polypo et Sepia communia ha-  
beant, capite de Sepia explicatum  
est: hoc solum addimus, Lolinum  
promiscides, Ligulas vocari Apule-  
*Apul. Apol.*  
jo;